

## Liber primus

- 1 Carmina qui quondam studio florente peregi,  
flebilis heu maestos cogor inire modos.  
Ecce mihi lacerae dictant scribenda Camenae  
et veris elegi fletibus ora rigant.
- 5 Has saltem nullus potuit pervincere terror  
ne nostrum comites prosequerentur iter.  
Gloria felicitis olim viridisque iuventae,  
solantur maesti nunc mea fata senis.  
Venit enim properata malis inopina senectus  
10 et dolor aetatem iussit inesse suam.  
Intempestivi funduntur vertice cani  
et tremit effeto corpore laxa cutis.  
Mors hominum felix, quae se nec dulcibus annis  
inserit et maestis saepe vocata venit!
- 15 Eheu, quam surda miseros avertitur aure  
et flentes oculos claudere saeva negat!  
Dum levibus male fida bonis fortuna faveret  
paene caput tristis merserat hora meum:  
nunc quia fallacem mutavit nubila vultum  
20 protrahit ingratas impia vita moras.

## Libro primo

- I Io che un tempo con giovanile fervore composi  
[versi<sup>1</sup>,  
devo ora scegliere ahimè, piangendo, dolorosi  
[modi<sup>2</sup>.  
Ecco, mi dettano le lacere Camene<sup>3</sup> quel che scrivo  
e le elegie<sup>4</sup> di amare lacrime bagnano il mio viso.  
Costoro almeno nessun terrore poté indurre  
a non essere compagne del nostro cammino.  
Gloria un giorno di felice e verde giovinezza,  
sono ora di conforto al mio destino di triste  
[vecchio.  
Inattesa infatti, incalzata dai mali, è giunta la  
[vecchiaia<sup>5</sup>  
e il dolore volle che iniziasse la sua stagione.  
Bianchi capelli si spandono anzitempo sul capo  
e cadente la pelle trema sul corpo spossato.  
Felice per gli uomini la morte, che in dolci anni non  
[irrompe  
e giunge ai dolenti che l'hanno sovente invocata!  
Ah, con quali sorde orecchie disdegna i miseri  
e nega crudele di chiudere gli occhi che  
[piangono!  
Mentre con illusori beni mi favoriva l'infida  
[fortuna  
una triste ora appena avvolgeva il mio capo:  
or che, fosca, ha mutato il suo volto fallace,  
si protrae l'impetosa vita in ingrati indugi.

Quid me felicem totiens iactastis, amici?  
 Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

**1.1** Haec dum mecum tacitus ipse reputarem querimoniamque lacrimabilem stili officio signarem adstitisse mihi supra verticem visa est mulier reverendi admodum vultus, oculis ardentibus et ultra communem hominum valentiam perspicacibus, colore vivido atque inexhausti vigoris, quamvis ita aevi plena foret ut nullo modo nostrae crederetur aetatis, statura discretionis ambiguae. **2** Nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat, nunc vero pulsare caelum summi verticis cacumine videbatur; quae cum altius caput extulisset, ipsum etiam caelum penetrabat respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. **3** Vestes erant tenuissimis filis subtili artificio indissolubili materia perfectae, quas, uti post eadem prodente cognovi, suis manibus ipsa texuerat; quarum speciem, veluti fumosas imagines solet, caligo quaedam neglectae vetustatis obduxerat. **4** Harum in extremo margine Π graecum, in supremo vero Θ legebatur intextum atque in utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore ad superius elementum esset ascensus. **5** Eandem tamen vestem violentorum quorundam sciderant manus et particulas quas quisque potuit abstulerant. **6** Et dextra quidem eius libellos, sceptrum vero sinistra gestabat.

**7** Quae ubi poeticas Musas vidit nostro assistentes toro fletibusque meis verba dictantes, commota paulisper ac torvis inflammata luminibus: **8** Quis, inquit, has scenicas meretriculas ad hunc aegrum permisit accedere, quae dolores eius non modo nullis remediis foverent,

Perché, amici, mi diceste tante volte felice?

Chi cadde, fermo non aveva il passo.

**1.1** Mentre tra me e me consideravo in silenzio queste cose e, con l'aiuto dello stilo, annotavo il mio lamento colmo di lacrime, mi sembrò che si ergesse sopra al mio capo una donna dal volto assai venerando, dagli occhi scintillanti e penetranti oltre la comune capacità umana, dal colorito vivace e dall'inesausto vigore, per quanto così carica d'anni che in nessun modo si poteva crederla della nostra epoca. La sua statura era difficile da valutare. **2** Ora infatti si manteneva entro la comune misura umana, ora sembrava invece toccare il cielo con la sommità del capo; quando poi lo levava più in alto, penetrava anche il cielo stesso ed eludeva la vista degli uomini che la guardavano. **3** Le sue vesti erano intessute, con fine maestria, di sottilissimi fili d'una materia indistruttibile, e, come poi seppi dalle sue parole, lei stessa le aveva ordite con le proprie mani; una sorta di caligine di negletta vetustà velava la loro bellezza, come accade ai dipinti anneriti dal fumo. **4** Nell'orlo estremo, in basso, si leggeva ricamata una Pi greca, in quello superiore, invece, una Theta, e tra una lettera e l'altra si vedevano disegnati, alla maniera di una scala, alcuni gradini, per mezzo dei quali si poteva salire dalla lettera inferiore a quella superiore<sup>6</sup>. **5** Le mani di alcuni violenti avevano tuttavia strappato quella stessa veste e ne avevano sottratti quanti brandelli avevano potuto. **6** E con la destra reggeva dei libretti, con la sinistra uno scettro.

**7** Quando vide le Muse della poesia che stavano accanto al mio letto e dettavano le parole ai miei pianti, un poco sdegnata e accesa negli occhi torvi disse: **8** «Chi ha permesso a queste sguadrinelle da teatro di avvicinarsi al malato, a esse che non solo non allevierebbero i suoi dolori con alcun rimedio, ma anzi li accrescerebbero con dolci

verum dulcibus insuper alerent venenis? 9 Hae sunt enim quae infructuosis affectuum spinis uberem fructibus ratorius segetem necant hominumque mentes adsuefaciunt morbo, non liberant. 10 At si quem profanum, uti vulgo solitum vobis, blanditiae vestrae detraherent, minus moleste ferendum putarem: nihil quippe in eo nostrae operae laederentur; hunc vero Eleaticis atque Academi-cis studiis innutritum ... 11 Sed abite potius, Sirenes usque in exitium dulces, meisque eum Musis curandum sanandumque relinquire!

12 His ille chorus increpitus deiecit humi maestior vultum confessusque rubore verecundiam limen tristis excessit. 13 At ego, cuius acies lacrimis mersa caligaret nec dinoscere possem quaenam haec esset mulier tam imperiosae auctoritatis, obstupui visuque in terram defixo quidnam deinceps esset actura exspectare tacitus coepi. 14 Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte consedit meumque intuens vultum luctu gravem atque in humum maerore deiectum, his versibus de nostrae mentis perturbatione conquesta est:

- II Heu, quam praecipiti mersa profundo  
 mens hebet et propria luce relicta  
 tendit in externas ire tenebras,  
 terrenis quotiens flatibus aucta  
 5 crescit in immensum noxia cura!  
 Hic quondam caelo liber aperto  
 suetus in aetherios ire meatus  
 cernebat rosei lumina solis,  
 visebat gelidae sidera lunae  
 10 et quaecumque vagos stella recursus  
 exercet varios flexa per orbis  
 comprehensam numeris victor habebat;  
 quin etiam causas unde sonora

veleni? **9** Sono loro, infatti, che soffocano con le sterili spine del sentimento la messe della ragione ricca di frutti e abitano la mente dell'uomo alla malattia, invece di liberarla. **10** Ma se le vostre lusinghe, come vi è solito, seducessero qualche profano, riterrei di doverlo sopportare con minor dispiacere, giacché in lui la nostra opera non sarebbe minimamente lesa; costui, invece, è stato allevato negli studi eleatici e accademici...<sup>7</sup> **11** Ma andatevene piuttosto, Sirene dolci sino alla rovina<sup>8</sup>, e lasciatelo alle mie Muse<sup>9</sup>, che lo curino e lo risanino!»

**12** A tali rimproveri quel coro piegò mestamente il viso verso terra e confessando con il rossore la vergogna oltrepassò triste la soglia. **13** Ma io, che avevo gli occhi annebbiati e inondati di lacrime, né potevo discernere chi fosse quella donna dall'autorità tanto imperiosa, rimasi sbalordito, e fissato lo sguardo a terra iniziai ad attendere in silenzio quel che avrebbe fatto in seguito. **14** Allora ella, facendosi piú vicina, si sedette in fondo al mio letto e, osservando il mio volto reso grave dal dolore e piegato verso terra per l'afflizione, si dolse con questi versi per il turbamento della mia mente:

**11**<sup>10</sup> «Ah, in qual profondo baratro sommersa  
la mente langue e lasciata la propria luce  
tende a vagare nelle tenebre esteriori,  
ogni volta che ampliato da venti terreni  
a dismisura cresce il rovinoso affanno!  
Costui che un tempo libero nell'aperto cielo  
era avvezzo a percorrere il corso dell'etere  
scorgeva del roseo sole le luci,  
vedeva l'astro della gelida luna,  
e ogni stella che vaghi ricorsi  
tracciasse reclinando in orbite diverse  
egli nei numeri la racchiudeva, vincitore;  
e anche le cause per cui chiassosi

flamina sollicitent aequora ponti,  
 15 quis volvat stabilem spiritus orbem  
 vel cur Hesperias sidus in undas  
 casurum rutilo surgat ab ortu,  
 quid veris placidas temperet horas  
 ut terram roseis floribus ornet,  
 20 quis dedit ut pleno fertilis anno  
 autumnus gravidis influat uvis  
 rimari solitus atque latentis  
 naturae varias reddere causas:  
 nunc iacet effeto lumine mentis  
 25 et pressus gravibus colla catenis  
 declivemque gerens pondere vultum  
 cogitur, heu, stolidam cernere terram.

2.1 Sed medicinae, inquit, tempus est quam querelae.  
 2 Tum vero totis in me intenta luminibus: Tune ille es,  
 ait, qui nostro quondam lacte nutritus, nostris educatus  
 alimentis in virilis animi robur evaseras? 3 Atqui talia  
 contuleramus arma quae, nisi prior abiecisses, invicta te  
 firmitate tuerentur. 4 Agnoscisne me? quid taces? pudore  
 an stupore siluisti? malletm pudore, sed te, ut video, stupor  
 oppressit. 5 Cumque me non modo tacitum sed elinguem  
 prorsus mutumque vidisset, admovit pectori meo leniter  
 manum et: Nihil, inquit, pericli est, lethargum patitur,  
 communem illusarum mentium morbum. Sui paulisper  
 oblitus est. 6 Recordabitur facile, si quidem nos ante  
 cognoverit; quod ut possit, paulisper lumina eius mortalium  
 rerum nube caligantia tergamus. 7 Haec dixit oculosque  
 meos fletibus undantes contracta in rugam veste siccavit.

venti scotono le acque del mare,  
quale spirito volga il mondo saldo  
o perché l'astro, che nell'onde esperie<sup>11</sup>  
calerà, dal fulvo oriente sorga,  
cosa temperi le placide ore di primavera  
sí che la terra s'adorni di rosei fiori,  
chi conceda che nel pieno dell'anno  
l'autunno fertile irrompa con uve mature,  
questo era solito indagare e della celata  
natura mostrar le svariate cause:  
ora egli giace, spento il raggio della mente,  
e, stretto il collo da gravi catene,  
reso chino per il peso il volto,  
è costretto a scrutare, ahimè, la stolido terra.

**2.1** Ma è tempo di porre rimedi, – disse – non di lamentarsi». **2** Quindi, volgendosi a me con tutta l'intensità del suo sguardo, disse: «Non sei tu quello che, un tempo nutrito con il nostro latte, cresciuto con il nostro cibo, aveva raggiunto la robustezza dell'animo virile? **3** Eppure, ti avevamo procurato armi tali che, se tu non le avessi gettate per primo, ti avrebbero protetto con invincibile fermezza. **4** Mi riconosci? Perché taci? Sei rimasto in silenzio per la vergogna o per lo stupore? Preferirei per la vergogna, ma, come vedo, è lo stupore che ti ha sopraffatto». **5** E vedendomi non solo zitto, ma completamente muto e senza voce, avvicinò dolcemente la mano al mio petto e disse: «Non vi è alcun pericolo, soffre di letargia, malattia comune alle menti illuse. Si è per qualche tempo dimenticato di sé. **6** Rammenterà facilmente, se ci avrà prima riconosciuto; affinché possa farlo, tergiamo un poco i suoi occhi offuscati dalla nebbia delle cose mortali». **7** Disse questo e con un lembo piegato della veste asciugò i miei occhi inondati di lacrime.